

quolibet alia persona, qui vel que carnes vendiderit recentes in
 becharia comunis vel alibi in civitate Tergesti, solvere debeat
 et teneatur comuni Tergesti, seu daciariis ad hoc deputatis, pro
 qualibet libra carnum unum par., et de capite cuiuslibet bovis
 vace porci et porche duos frx., et de capite cuiuslibet castrati 5
 moltoni bechi capre yrci pecudis unum frx. pro (quo) quolibet
 capite ipsarum bestiarum, de capite vero cuiuslibet capreti et
 agni par. duodecim tantum pro quolibet capite, et hoc ante-
 quam pelles supradictorum animalium extrahantur de dicto
 macello, sub pena decem sold. par. pro quolibet contrafatiente 10
 et vice qualibet contrafacta ac pro quolibet capite predictorum
 animalium et pro quolibet die. ¶ Et quolibet persona civis vel
 habitatrix Tergesti, que emerit de supradictis animalibus a
 Vena inferius etiam pro necessitate sue domus, solvere debeat
 dictum dacium sub dicta ¹⁾ pena. ¶ Salvo quod si massarii 15
 civitatis Tergesti emerint porchos vel porchas agnos vel ca-
 pretos pro necessitate sue domus, sive si interfecerint de suis
 propriis animalibus que nutriverint vel habuerint, si de ipsis
 nichil vendiderint, pro predictis nullum dacium solvere tenean-
 tur. ¶ Et nulla persona audeat ponderare vel ponderari facere 20
 104B aliquas carnes venales in becharia vel alibi sine presentia // da-
 ciariorum comunis, sub dicta pena. ¶ Item quod nullus becca-
 rius vel alia persona audeat nec presumat tenere in becharia
 comunis aliquam pellem sive corium alicuius bestie ad siccan-
 dum sive sughandum, et si qua persona contrafecerit et damp- 25
 num aliquod ex inde eidem accideret, vel ipse pelles sive coria
 sibi accipientur, quod ex inde nullam possit consequi rationem,
 et talis persona accipiens ad nullam penam teneatur. ¶ Et
 quicumque becharius utens arte becharie renuntiaverit facere
 beccariam vel inpostam ei inpositam per dominium, uti non de- 30
 beat dicta arte usque ad decem annos, nec habere partem cum
 aliquo beccario sive alia persona utente beccaria sive emente
 aliqua bestiamina vel vendente causa ipsa revendendi, sub
 pena centum libr. par. pro quolibet persona contrafatiente.

¹⁾ Aggiunta marginale.